Copia Decreti Episcopalis –

De mandato Celsiss.mi et Rev.mi Principis et Epi.
committitur Venerabili Parocho sive pro praesenti
tempore Vice Parocho, ut singulis Dominicis
Fidei Catholicae Rudimenta in Parochiali Ecclia
Bulsani docere habeat. At hoc ipsum inviolabili
observare debeant Cooperatores sive Capellani,
qui in aliis Ecclijs Filialibus supradictae Ecclia
Parochiali subiectis degunt, ita ut post per-
actum Sacrum die pariter Dominica per totum
annum etiam refrigerij tempore Cathecheticas
Eruditiones, eâ quâ decet diligentiâ perficiant
sub poena privationis officij et aliis arbitrarijs
et Ita &c. Concessâ pariter facultate
V.V.bus P.P. Capucinis eiusdem loci, ut usque
ad adventum novi Parochi, eandem doctrinam
in Ecclea Parochiali docere et Ven.li Novo
Parocho non dissentiente continuare valeant
usque ad aliam Celsissimi et R.mi Deliberationem
Datum Tridenti 7 Martij 1680.

Hieronymus Battaglia
Provic.e Gerlis.

Hierüber ferners. beim Ratsbschluss den 18 Märtz
weiter nachzusehen.